

Teil A: Übersetzung

Umweltschutz fängt bei uns selbst an

Seneca kritisiert im folgenden Auszug aus einem Brief an Lucilius eine in der römischen Gesellschaft immer weiter um sich greifende Maßlosigkeit und Besitzgier sowie deren Folgen für Natur und Umwelt...

Quo usque eadem peccabitis? Quo usque fines possessionum propagabitis?
Ager, qui populum cepit, uni domino angustus est? Amnes magni
magnarumque gentium termini a fonte usque ad ostium vestri sunt. Hoc
quoque parum est, nisi latifundiis vestris maria cinxistis. Quam vultis late,
5 possidete; sit fundus, quod aliquando imperium vocabatur; facite vestrum,
quidquid potestis, dum plus sit alieni.

Nunc vobiscum loquor, quorum aequae spatiosae luxuria quam illorum avaritia
diffunditur. Vobis dico: quo usque nullus erit lacus, cui non villarum
vestrarum fastigia immineant? Nullum flumen, cuius non ripas aedificia vestra
10 praetexant? Ubi cumque scatebunt¹ aquarum calentium venae, ibi nova
deversoria luxuriae excitabuntur. Ubi cumque in aliquem sinum litus
curvabitur, vos protinus fundamenta iacietis, nec contenti solo agetis mare
introrsus. Omnibus licet locis tecta vestra resplendeant, aliubi imposita
15 altitudinem montium educta; cum multa aedificaveritis, cum ingentia, tamen
et singula corpora estis et parvola. Quid prosunt multa cubicula? In uno iacetis.
Non est vestrum, ubi cumque non estis.

Ad vos deinde transeo, quorum profunda et insatiabilis gula hinc maria
scrutatur², hinc terras, alia (animalia) hamis³, alia laqueis⁴, alia retium variis
20 generibus cum magno labore persequitur: nullis animalibus nisi ex fastidio pax
est. Infelices, ecquid intellegitis maiorem vos famem habere quam ventrem?

203 lat. Wörter

(1) *scatere* sprudeln, voll sein
(2) *scrutari* hier: durchsuchen, durchforschen
(3) *hamus,-i* (Angel-)Haken
(4) *laqueus,-i* hier: Schlinge

Teil B: Zusätzliche Aufgaben

1. Die Belastung der Umwelt war auch schon in der Antike Thema. Ordnen Sie den lateinischen Textstellen das jeweils beschriebene Umweltproblem zu (z.B. E9)! 4 BE

- | | |
|---|-------------------------------------|
| A) <i>Si te grata quies et primam somnus in horam delectat, si te pulvis strepitusque rotarum, si laedit caupona, Ferentinum ire iubebo.</i> (Horaz) | 1. Abholzung der Wälder |
| B) <i>Ad delicias dementis luxuriae lapis omnis eruitur, caedunturque gentium silvae.</i> (Seneca Maior) | 2. Artensterben |
| C) <i>Gravitationem urbis excessi et illum odorem culinarum fumantium, quae motae, quidquid pestiferi vaporis sorbuerunt, cum pulvere effundunt.</i> (Seneca Minor) | 3. Bleivergiftung |
| D) <i>Nos et flumina inficimus et rerum naturae elementa, ipsumque quo vivitur in perniciem vertimus.</i> (Plinius Maior) | 4. Bodenversiegelung |
| | 5. Gewässerverschmutzung |
| | 6. Giftige Lebensmittelzusatzstoffe |
| | 7. Lärmbelästigung |
| | 8. Luftverschmutzung |

2. Im Jahr 2015 veröffentlichte Papst Franziskus die Enzyklika *Laudato si'*. Arbeiten Sie aus dem folgenden Textausschnitt zwei wesentliche Aussagen heraus. 4 BE

- 1 *Clima commune est bonum, omnium et pro omnibus. [...] Peramplius exstat consensus scientificus, qui indicat quandam inesse calefactionem systematis climatici, quae sollicitudinem concitat. [...] Humanitas citatur, ut conscia fiat de necessitate mutationum rationum vitae, productionis et consumptionis ad superandam hanc*
- 5 *calefactionem vel, saltem, ad humanas causas depellendas, quae eam inducunt vel eam augent.*

3. Die nachstehenden Verse aus Ovids *Metamorphosen* beziehen sich auf das „goldene Zeitalter“.

- a. Erklären Sie die Textstelle knapp, indem Sie dabei mindestens auf einen zentralen inhaltlichen Aspekt sowie ein auffälliges stilistisches Merkmal näher eingehen. 4 BE

- b. Diskutieren Sie vor dem Hintergrund der aktuellen Debatte um den Klimaschutz, ob aus den Versen Ovids Verhaltensregeln für die Gegenwart abgeleitet werden können. Beziehen Sie dabei ggf. den Text von Aufgabe 2 mit ein. 3 BE

- 1 *Nondum caesa suis, peregrinum ut viseret orbem,
montibus in liquidas pinus descenderat undas,*
- 3 *nullaque mortales praeter sua litora norant.*

Bene eveniat!